Quod attinet ad primum gloss. 1. hic, oppressa difficultate exponit verbum, *dote*, id est, donationem propter nuptias, quam tamen expositione DD. communiter reprobat per alia text. verba inferius posita, & ideo nec dos, nec donatio propter nuptias, qui latius enuntiat dotis constitutionem, in proposito intercessisse. Quare resolutendum est quod quamvis de propriè dicatur, quam vxor dat viro ad Matrimonium contra supportanda, donatione vero propter nuptias appellatur, quam vir vxori facit, ut probat text. in capitulo, infra hoc tit. l. 1. l. vlt. in §. sancinatu. C. de don. ante nuptias; quandoque tamen vir vxori dotem potest allignare, ut probat text. in prefenti. & in d. cap. super ext. opt. in c. 1. de adulter. & post Vincent. Abb. Pizpol. & alios hic explicat Xuar. in tit. de las arrhas, n. 4. & et recepta sententia ex Valaf. conf. 4. n. 3. que planius procedunt secundum antiquam Caffel. confitudinem, ut prædicti DD. adiudicent, de qua Palat. in repet. sub. huius tit. §. 2. 4. n. 2. Greg. I. 1. gloss. tit. 1. p. 4.

Quoad secundum vero dubium recta opinione Butr. hic n. 5. Abb. n. 2. & aliorum, qui existimat pactum in proposito non esse obserendum, quia dissolendi Matrimonij libertatem impediebat, tunc enim magis ob turpem, quam ob nullam causam datum esset, resolutendum est pactum sive dote non valere, donec autem sine Matrimonio non consistere, iuxta Iacob. 1. capitulo ff. de condit. sine causa. Vnde can. Matrimonium inter consanguineos nullum sit, cetera, que ex eo dependent, nullius quoque sunt momenti, & licet in contrahendo Matrimonio cum consanguinitate turpido veretur, in dote tamen constituta nulla turpido reperitur, vnde cum in quaunque materia causa proxima non remota sit inspicienda, causa autem proxima in proposito sit dos, que nullam ex lege continet turpidinem, merito Pontifex in proposito decidit pactum de lucranda dote in fauorem filie Regis Castellæ celebratum magis ob nullam, quam ob turpem interpolatum, quem intellectum colligo ex doctrina Bart. in l. vlt. n. 2. ff. de condit. sine causa, quam sequitur Cou. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 23. & probat aperte ex d. launculo.

Quoad tertium dubium inquirendum à nobis est, cum propter consanguinitatis impedimentum inter Regem Legionis, & filiam Regis Castellæ intercedat nuptia essent contractæ, quare dos per Regem soluto Matrimonio repetatur, non vero fisco adiudicetur, iuxta reg. text. in l. 1. cum hic statua, §. vlt. ff. hoc tit. & in l. 1. qd.

De Donation. inter Virum, &c. Tit. XX. 613

l. qui contra iuncta amb. incestas, C. de incestis nupt. quibus iuribus probatur bona contrahentium incestas nuptias filio esse applicanda; in quo text. iste difficilis admodum reputatur; varioque patitur intellectus. Nam gloss. in presenti dicit quod scilicet in specie humanis text. ille, qui incestas nuptias contraxit, Rex erat Legionis, qui nullum in temporalibus superioribus recognoscere iuxta resoluta in collect. ad c. per venerabilem, n. 24. qui filii sunt legi, ac per consequens neque fiscum, quem intellectum communem dicit Alciat. in l. his consequenter, s. 1. n. 21. ff. familia hercif. Boer. decis. 2. 64. n. 5. Notuli de date, p. 11. n. sequitur D. Barbo. in l. si ante, n. 28 ff. soluto matr. Quidam vero inter sponsalia de futuro, & Matrimonium de praesenti committit distinguntur, ut scilicet contrahentes illicita sponsalia etiam scienter non incident in poenam contrahentium incestas nuptias, iuxta gloss. verbo contrahere in Clem. l. de consang. Ied potius donata renocent per condicione sine causa, per text. in l. fin. ff. de condic. sine causa, contrahentes vero illicitum Matrimonium, sine consummatum illud sit, sine non, incident in predictis poenam, eorumque bona filio adjudicentur. Alij putant Matrimonium in praelati fuisse contractum sub conditione, si Papa dispensaret, R. p. tamen in rub. n. 29 ff. soluto Matr. alium ad hunc text. assigna intellectum, nempe leo Regem Legionis donata in proposito potuisse repetrere, quia licet fiscus ea posset asperre in poenam contrahentium incestas nuptias, mulier tamen de hoc iure opponere non potuit, cum nullus de iure filii prater ipsum fiscum posset opponere, ut notat gloss. verbo non perire, in d. l. b. qui consequenter, s. 1. vbi Alciat. n. 21. Conat. d. c. 6. §. 8. n. 13.

Sed his, & aliis reiectis intellectibus inherendo primo, quem suprae gloss. in presenti prestiti, aduentendo duxi quod quamvis dos, donationes propter nuptias, & cetera, que ex contrahentium incestas nuptias libertate procedunt a filio tanquam ab indignis possint vindicari, ut probat text. in l. qui contra, C. de incestis nupt. auth. incestas, eod. sit. hic tamen non conditione ob turpem causam, sed potius in poenam eorum qui incestas nuptias scienter contrahunt, specialiter fuit statutum, ut patet in d. l. qui contra, ibi, vendicari sanctorum, & in d. auth. incestas in princ. ibi, incestas nuptias contrahentis poena est bonorum confiscatio; unde quamvis calix a Rego Legionis filie Regis Castellae magis ob nullum quam ob turpem causam data esset, ut hic text. probat, & ita conditione sine causa per Regem possunt asperri, qui tamen incestas nuptias scienter contraxit, potuit fiscus, si superiore rem recognosceret, predicta bona in poenam vindicare, sed cum Rex legibus quadam vim coactuam subditus non sit, in poenam iuris non incidit, ac per consequens quod sine causa dedit, iure optime conditione sine causa potuit repetrere, iuxta l. vlt. ff. de condic. sine causa.

Et ideo nec dos, nec donationis propter nuptias, &c.] Ergo dos, & donatio propter nuptias pari passu ambulant, & aequaliter continent fauorem exceptis casibus a iure expressis, vt docent Vincent. de Ffanch. decis. 182. n. 2. cum seqq. p. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 42. a. n. 77. Menoch. de pref. lib. 3. pref. 1. 5. num. 1. Arrha vero in Hispania cum cedant iurec. vxoris, Gom. l. 50. Tauri, n. 9. & 10. Greg. l. 1. gloss. fin. tit. 1. p. 4. non subsistit argumentum de donationibus propter nuptias ad arrhas Hispaniae, Greg. l. 1. verbo Spagnat. 11. p. 4. D. Barbo. in l. 1. ff. sol. matrim. p. 4. n. 15.

Naturatur ad hoc, quod ex solis sponsalibus inter conlangueos, vel affines non legitima copula carnali incesta nuptia non contrahitur, ut per Clar. §. incesta, num. 9. vers. hec autem poena, Duen. reg. 1. o. limit. 3. Menoch. de arbitr. casu 502. n. 79. & seq. Pereg. de iure Barbo. Collect. Tom. 1. 1.

ff. 5. lib. 5. tit. 1. n. 17. vers. intellige quinto, Surd. de alim. 5. 9. 7. n. 27. Farin. in praxi crim. q. 149. n. 157.

S V M M A R I V M.

1. *Vsfructuaris donans sine consensu domini rect ipsam uxori propter nuptias non transfert in eam plus iuris, quam ipse habeat.*
2. *Vassalus non potest filii sua feudum in dotem dare sine consensu domini.*
3. *Emphyteus sine consensu domini in dotem filie dari non potest.*
4. *Vsfructuaris liberè potest usumfructum alienare inconsulto domino.*
5. *Primus acquirens, quandiu viuit, durat ius secundi, cui facta est donatio.*
6. *Nullus plus iuris in aliam transferre potest, quam ipse in se habeat.*

C A P. Nuper. VI.

V Sfructuaris si concedat partem terræ uxori in dotem, mortuo marito uxori non potest amplius illam habere, nisi consentiat dominus terra, quia non transfert in eam plus iuris quam ipse habebat, & ob illam rationem si terra fuit data in feundum, vel hereditatem alicui, & herredi, quem habebat ex legitima uxore, & ipse concedit partem terræ in dotem uxori, & moritur sine herede, uxori non potest amplius habere partem terra. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabat. Ioan. Andr. Hof. Butr. Anch. Panorm. Prepol. Alex. de Neno, Canis. Cujac. Viu. in rationib. 4. iuris Pontif. pag. 124. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 603. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. refutat ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 4. sub tit. de dote amissa, vel post ditionem, refutat. exp. 2.

Vel feundum.] Notatur ad hoc, quod vassalus non potest filia sua feundum in dotem dare sine consensu domini, vt per Duen. reg. 40. ampliar. 8. Cald. Pereira de extincti. emphyt. c. 5. num. 43. sic etiam sine consensu domini emphytesum in dotem filie dari non posse teinent Gama Lustianie decis. 2. 42. Cald. Pereira d. tract. c. 10. n. 3. Rebell. de oblig. iust. p. 2. lib. 1. 3. q. 5. num. 4. licet ubi fuerit dos inestimata contrarium sentiant Card. Mantic. de racitis & ambig. convention. lib. 22. tit. 28. num. 39. cum seqq. Valala. consult. 1. 13. num. 9. cura seqg.

Quod tamen attinet ad commoditatem fendi, & emphytesis, potest vassalus absque consensu domini illam quoad vixerit in dotem concedere; ratio est, quia per talen concessionem utile dominium non transferrit, nec ins aliquod in re constituitur, sed obligatio sola personalis ad fructus ex ea percipiendo, vnde talis concessio nec est alienatio, nec prohibita censeretur, quare ad quodcumque tempus fiat, morte vassalli, expirat, liberetque ad illum regreditur, ad quem si in dotem latra non esset erat transitura, ita post Tirag. do retrat. lig. 8. 1. gl. 7. n. 47. explicit eleganter Molin. de primog. lib. 1. o. 21. n. 24. & vlt. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 466. vers. in tertio.

Dum vixerit.] Notatur ad hoc, quod vsfructuaris liberè potest usumfructum alienare, & in tertium inconsulto domino cedere, ut tenet Cald. Pereira d. tract. cap. 11. num. 4. sed usumfructum alteri cedi non posse quin devolnatur ad dominum proprietas, reoluit Lara in l. si quis à liberis, §. parens, num. 69. et in seqq. ubi num. 62. alterit textus in presenti, quare illis

FFF habet

habet valere dotis constitutionem, dum vixerit ipse fructuarins, qui concessit, loqui in persona eius, qui concessit alicui viuumfructum, non verò in persona eius, qui cessit.

5 Notatur etiam ab hoc, quod quando vixit primus acquirens, durat ius secundi, cui facta est donatio, ut docet Cald. Pereira d. tract. c. 21. n. 2.

6 Nullus plus iuris in alium transferre posset, &c.] De hoc principio vide Sord. conf. 126. n. 31. Ioseph. Sesse Aragonia decis. 188. n. 15. & 23. Cael. Argel. de contradictorie legit. q. 9. n. 68. Pich. ad prime. Instit. de acqui. per arrogat. n. 49. & alios per me citatos in tract. de Axiom. iuris usus freq. Axiom. 160. n. 2.

SUMMARY.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Marito exigenti dotem à tertio, qui eam promiserat, non obstat exceptio, quod vergat ad inopiam si offerat cautionem de restituendo.
- 3 Mulier contrahens Matrimonium cum inope scienter, non excluditur à petenda cautione de dote seruanda.
- 4 Cauere pro modico cogi quis non debet.
- 5 Cautio idonea, qua sit, remissiuē.
- 6 Ecclesiastica index cum de causa dotis in hoc text. cognovit, offendit.
- 7 Pecunia ad alimenta relata deponi debet apud mercatorem ad honestum lucrum.
- 8 Vtuaria dicitur societas, in qua capitale salutum seruatur.
- 9 Maritus cui non fuit soluta dos promissa, an possit uxorem expellere, offendit, ac declaratur text. in presenti.

CAP. Per vestras. VII.

M

arius quando petit dotem vxoris, & illa contra eum excipit quod sit pauper, & quod non possit dare sufficientem cautionem, debet dare illam, quam potest, vel committere dotem alicui honesto mercatori, vt de parte honesti lucri possit onera Matrimonij sustentare occasione dotis detenta si maneat separati adulterentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoft. Butr. Anchar. Panorm. Prepos. Canis. Alex. de Nevo, Palat. Cujac. Viu. in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 12. 4. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 603. remissiuē Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 4. sub tit. de dote amit. vel post diuort. refit. c. 3.

Mercatori, &c.] Dubitamus DD. in presenti, quo pacto dos sit deponenda penes mercatorem, quod si periculosa fuerit, exposta iam plene mulieri non succurrerintur verò cum pacto, vt periculum ad mercatorem pertineat, iam tale lucrum turpe potius, quam honestum dicendum est, ex reg. I. si non fuerint, §. stricto, ff. pro socio. Quare communis opinio intelligit contratum assecrationis, sive cum eidem mercatoribus penes quos deponenda erat, sive cum aliis esse licetum, vt post Nau. in manc. 17. n. 255. & in c. 1. n. 36. 14. 9. ; refertur Fr. Ludou. Lop. infra tract. negotiantum, c. 63. Con. lib. 3. var. c. 2. n. 4. Gam. decis. 253. n. 1. de eoque Ponitificem esse intelligendum, aliter honestum lucrum cum dotis securitate dari non posse. Verum hic intellectus licet in se verus sit, diuinitorius tamen videtur, multaque suppler, quae ex litera huius text. non colliguntur, nec hodie poterat practicari, cum post nouam Sixti V. constitutionem super assecrationibus

editam talis contractus cum eodem mercatore sit prohibitus, & vtur auctoritas presumatur. Vnde omisso predicto, & aliis intellectibus, de quibus per Concl. n. 1. Bero. in cap. vlt. de v. sur. n. 49. Fr. Ludou. ibi sup. auct. ad primum, planius intelligitur hic text. vt felicit Ponitifex non dicatur dotem apud mercatorem salutem esse à damnis, & periculis forenti, cum enim solidus intendat text. dotem salutari à viro ad inopiam vergente, qui idoneam cautionem præstare non poterat, & ad hunc effectum inbet eam apud mercatorem deponi, vt ex parte honesti lucri Matrimonij onera suscipiantur; erit igitur dos apud mercatorem eo modo quo faciet apud maritum non inopem, sed opulentem, & penes maritum direxit dos à fortuitis casibus libera non est, sed eidem subiecta remanet, igitur simili penes mercatorem esse potest, & quamvis text. in praesenti, de solo lucro mentionem faciat, damnum necessarium proportionabilitate inducit, ex reg. Leon. dubia 5. §. damn. ff. pro socio, faciunt illa text. verba, ibi, & ex parte honesti lucri, &c. honestum autem lucrum sit non potest, quod ab eo socio pretenditur, qui nullum damnum subit, iuxta d. §. damn., cum similius.

De ipsa non peritura pref. &c.] Notatur ad hoc quod i marito exigenti dotem à tertio, qui eam promiserat, non obstat exceptio quod vergat ad inopiam si offerat cautionem de restituendo, vel peccat eam deponi apud mercatorem, vt per Tiraq. c. ssante causa, limit. 14. 1.

Notatur etiam ad hoc, quod mulier contrahens matrimonium cum inope scienter, non excluditur à petenda cautione de dote seruanda, vide Nou. de doto p. 7. priu. 32. Palat. in repet. rubr. huius tit. §. 11. & 12. n. 2. D. Barbo. in l. si confante, n. 27. ad fin. refit. stat. ut etiam, ff. solut. Matrim. quos refert Franc. Molin. de ritu mpt. lib. 3. q. 52. a. n. 38. Et quod mulier allecentia sit de dote, regulam cum ampliationibus, & limitationibus constituit Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1310.

Satis posfit ei modicum credi dotis.] Notatur ad hoc, quod non debet quis cogi pro modico canere, vr. p. 1. Tiraq. de iudicio rebus exig. vers. 27. pag. mibi 59.

Nisi cautionem idoneam, &c.] Cautio idonea, fine sufficiens, que dicantur dixi ad cap. ex transmissa 8. ii. gloss. verbo sufficienti, sup. de refit. stat.

Pro dote vxoris sua, &c.] Ideo in presenti inde clausasticus de causa dotis cognoscit, quia agitur de paupere, atque ita miserabilis persona, de cuius causa Pontificem, & Ecclesiasticos indices competentes esse notant Doctores communiter per text. lib. in cap. ex parte, sup. de foro compet. vt vel innitus factum. Con. tract. o. 6. n. 1. & tenent Palat. hic natab. n. 5. D. Barbo. in l. 1. p. 1. n. 4. ad fin. ff. solut. Matrim. quos refert ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 8. 4. num. 19. in fine.

Vel saltum alicui mercatori, &c.] Notatur ad hoc, quod pecunia ad alimenta relata deponi debet apud mercatorem ad honestum lucrum, vt per Sord. de aliment. tit. 9. q. 40. n. 7. Cur. Philip. p. 2. lib. 3. n. 1. 12. & vide ad quid D. Barbo. in l. 2. ff. solut. Matrim. in prou. p. 1. n. 51. Gregor. l. 29. verbo ganancias, tit. 11. p. 4. vbi dicit ex Plat. quod hodie potest dari licet pecunia mercatori, vt inde percipiatur ille questus, qui honeste percipi possunt.

Notatur ad hoc, quod societas in qua capitale salutem seruatur, dicitur vtur auctoritas, vt per Patr. p. 4. conf. 5. 4. n. 2. 4. vers. quia stipulatio.

Vxor à viro dimissa, &c.] Notatur ad hoc, quod matritus, cui non fuit soluta dos promissa cum vxori, potest illam expellere domo, vr. per Lar. int. si quis à liberis, §. si quis ex his. n. 51. ff. de liberis agere. Palat. repet. huius rubr. §. 6. 4. num. 16. & in repet. cap. nov. 1.

De Donation inter Virum, &c. Tit.XX. 615

in princip. n. 2. vers. sed ego teneo. Boët. decif. 22. n. 3. Brunn. à Sole in compendio resolut. lit. M. verbo maritus potest repellere, Anton. Gom. l. 53. Tauri. n. 31. Petr. Greg. Syntagma iuris lib. 9. c. 19. n. 3. Gutier. allegat. 11. n. 16. Contrarium tamen, immò vxorem minime expelli posse ob dotem non solutam, tenet Conar. de fons p. 2. c. 7. in initio. n. 2. Octau. Cacher. Pedem. decif. 13. n. 1. 8. Baçq. de non meliorandi filiabus causa doce. c. 32. n. 21. Matien. in rubr. tit. 1. glof. 1. n. 9. lib. 5. noua recop. Molin. de instit. tract. 2. disp. 4. 3. vers. si marito dat. D. Barbol. in l. 1. p. 3. n. 5. ff. solut. Matrim. vbi. n. 56. responding ad text. in presenti, dicit quid hic hic vxor expulsa non petebat restitucionem, si enim eam petere, ante omnia esset restituenda, per text. in c. porrò supr. de diuinit. 3. in e. ex conquectione supra dicitur, spoliat. hanc etiam opinionem sequitur Sanch. de Matrim. lib. 9. disp. 5. n. 17. vbi. n. 18. dicit Pontificem in hoc text. non definire id licitum esse, sed supposita expulsione, sive iusta, sive iniusta, responderet ad principale quantum de dotis cautione, praestanda sit neque?

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
 - 2 Donatio non valet inter virum, & uxorem.
 - 3 Juramentum an confirmet donationem inter virum, & uxorem ostenditur.
 - 4 Imperator, aut Rex validè donat Imperatrici, seu Regina.
 - 5 Donatio remuneratoria valet inter virum, & uxorem.
 - 6 Uxor marito donat causa adipiscende dignitatis.
 - 7 Maritus donare potest pecuniam ad resciendas domos dotalis incendio consumptas.
 - 8 Maritus donare potest uxori quid annum, vel mensuum ad eam cum suis sustentandam.
 - 9 Alienam rem de consensu domini, potest maritus donare uxori.
 - 10 Uxor donare potest marito ea mente, ut donatio converatur in donum filie.
 - 11 Religiosum fanore valer donatio inter virum, & uxorem.
 - 12 Maritus constante Matrimonio potest omnem dotem promissam, vel partem eius uxori remittere.
 - 13 Donatio causa mortis, vel quando confertur in tempus Matrimonii finit, valida est inter virum, & uxorem.
 - 14 Manumissionis causa donatio facta inter virum, & uxorem, valida est.
 - 15 Nominare potest maritus uxorem ad emphyteusim.
 - 16 Donatio facta ex illo, vel deportationis causa, valde inter virum & uxorem.
 - 17 Donatio exigui pretij inter virum, & uxorem validè est.
 - 18 Donatio valet inter virum, & uxorem quando coniux qui donat non sit donatione pauperior, quamvis alter ditor fiat.
 - 19 Donatio valet inter virum, & uxorem, quando coniux donataria non sit ditor, licet donans reddatur pauperior.
 - 20 Uxoris dotis non soluta validè remittit vir uxori.
 - 21 Donatio irrita inter coniuges confirmatur morte naturali, vel cuncti donatoris, si ante eius mortem præcedat traditio rei donata vera, vel ficta.
 - 22 Donatio invalida inter coniuges, ut morte confirmetur, desideratur ianantem in eadem voluntate persistere usque ad mortem.
 - 23 Donatio inter coniuges facta quando renovata censeatur, ostenditur.
 - 24 Donataria si ante donantem moriatur, nulla est facta inter viros donatio.
- Barbol. Collect. Tom. II.

C A P. Donatio. VIII. & fin.

Gregor. IX.

Donatio inter coniuges Matrimonio durante ex quo alter fit locupletior, alter pauperior, non est firma, nisi confirmetur morte donatoris, & si donator dum vivit, renocat tacite, vel expressè, vel si prius moritur, qui donationem accepit, euaneat donatio. Item solito matrimonio sicut dos renocatur ad mulierem, sic donatio propter nuptias redit ad virum, nisi fecus fiat de consuetudine, vel de pacta lucrandae dotis, vel donationis propter nuptias, & istud pactum debet esse aequale ex utraque parte. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Butr. Anch. Host. Panorm. Prepos. Alex. de Neno. Cened collect. 8. 2. Canif. Cujac. Viu. in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 1. 26. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 604. remissione Cala. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Collige ex text. non valere donationem inter virum, & uxorem, de que vide Duen. reg. 22. 1. Palat. in repet. rubr. habitus tit. §. 28. n. 3. & 4. 6. princ. Alcian. lib. 5. disp. punt. c. 1. 4. Clari. §. donatio. q. 9. ex n. 1. Couar. var. lib. 2. c. 7. ex n. 4. ad med. & in rubr. de testam. p. 3. ex n. 2. Fulc. lit. D. sing. 12. 5. Lance. Gallia in consuet. Alexand. in gloss. legare. q. 1. n. 31. & q. 2. ex mun. 2. & in gloss. virginis. q. 8. n. 8. Menoch. de præfunct. lib. 3. pref. 12. ex p. 5. Mozz. de contral. tit. de donation. §. de personis inter quas cadere possit donatio. ex n. 31. Seraph. de privileg. iuram. privil. 7. a. princ. refert alios plures Cened. ad Decretal. collect. 8. 2. n. 1. quibus addit. Molin. de instit. tract. 2. disp. 28. n. 2. Less. cod. tract. lib. 2. 6. 18. dub. 1. 2. Rebell. de oblig. instit. p. 2. lib. 6. 9. 13. n. 7. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 1. de donat. c. 10. q. 1. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 2. n. 1. 58. vers. quartum, Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 1.

Querit Cened. d. collect. 72. n. 2. an si in ipsa donatione inter coniuges facta, appositum sit iuramentum, virtute ipsius talis donatio confirmetur, & ad hoc ibi plures plena manu refert DD. quibus addit. Serfer. de iuram. lib. 2. 6. 1. 2. n. 7. Fachin. lib. 3. controu. c. 8. 2. Cenal. commun. contra comm. q. 12. n. 5. Bapt. Cost. de factis scientia. & ignor. post disp. 9. 1. cent. 2. in cos. num. 3. Valalc. conf. 5. n. 10. Card. Mantic. de tacitis & ambig. comment. lib. 2. 1. tit. 8. Azor. d. c. 10. q. 1. vers. sed queritur; Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 1. 1. n. 1. & 2. Surd. decif. 19. 4. n. 1. conf. 19. 4. n. 2. Less. d. dub. 1. 2. n. 88. Bernard. Graeca. ad practicam Canere imper. lib. 2. concl. 4. Francisc. Molin. de ritu nuptiarum. lib. 3. q. 1. n. 2. 5.

Limita primo quando Imperator, aut Rex donat uxori, vel Imperatrix aut Regina viro, quia valet donation. l. pen. C. hoc tit. vt per Petegr. de iure fisci. lib. 4. tit. 5. n. 2. 5. Card. Mantic. d. lib. 2. 1. tit. 3. n. 2. Carol. in prædicti iudicium, verbo donatio. n. 7. 4. Molin. d. disp. 28. 9. n. 17. 5. 7. princ. Less. d. dub. 1. 2. n. 89. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 3. n. 1. Azor. d. lib. 1. 1. c. 10. q. 4. Rebell. de obligat. institut. p. 2. lib. 1. q. 8. n. 4. vers. septimus. & lib. 6. q. 1. 3. n. 1.

Secondo limita quando donatio est remuneratoria §.

alicuius debiti, aut si vir & uxor mutuè sibi donent,

vel si vir senes & ignobilis uxori iuueni & nobili donet.

I. quod autem, si si vir & uxor ff. hoc tit. vt per Tirad.

l. 9. comm. gloss. p. 6. n. 27. Ioseph. Ludou. Perus. dec. 6. 6. n. 1. 2. & 13. Ozalc. decif. 100. Francisc. Mat. decif. 22.

part. 2. Fachin. d. lib. 3. controu. c. 8. 2. Surd. conf. 1. 6. 4. 5.

conf. 19. 6. 8. Ceall. q. 27. 3. n. 8. Less. d. dub. 1. 2. n. 86.

vers. sextus. Molin. d. disp. 28. 9. n. 17. vers. tertius. Rebell.

d. q. 8. n. 4. 5. vers. primus. & lib. 6. q. 1. 3. num. 1. Sanchi. d.

lib. 6. disp. 6. Francisc. Molin. d. q. 1. n. 100.

Tertio limita quando uxor marito donat causa &

FFF 3 adipiscens

616 Collectanea Doct. in lib. IV. Decretal.

- adipiscendæ dignitatis, l. quod adipiscende, ff. hoc tit. vt per Molin. d. disp. 289. n. 17. vers. quarus, L. lib. 1. d. dub. 12. n. 89. vers. sextus, Rebell. d. q. 8. n. 45. vers. sextus, Sanch. d. lib. 6. disp. 3. n. 9.
- 7 Quartu[m] limita quando maritus donat vxori pecuniam ad reficiendas domos incendio consumptas, l. quod si vir. ff. hoc tit. Lefl. d. dub. 12. n. 89. Rebell. d. q. 8. n. 45. vers. secundus, & lib. 6. q. 1. 3. num. 5. Molin. disp. 289. n. 17. vers. secundus, Card. Mant. d. lib. 21. tit. 4. num. 56.
- 8 Quintu[m] limita quando maritus donat vxori quidamnum, vel menstruum ad eam cum suis sustentandam ad vires dotis, hoc est, fructus dotis. D. Barbof. in l. qua dotis, n. 66. & 67. ff. soluo matrim. Sanch. d. disp. 2. n. 12. ex gloss. in l. ex anno, ff. de donat. inter. Lefl. d. dub. 12. n. 89. vers. octauus, Azor. d. c. 10. q. 4. vers. octauus, Mantic. d. tit. 4. n. 30.
- 9 Sexto[m] limita quando maritus donat vxori rem alienam de consensu domini, vt per D. Barbof. in l. que doctis, n. 22. ff. soluo matrim. quem refert Rebell. d. lib. 6. q. 1. 3. n. 53. Card. Mant. d. lib. 2. 1. tit. 5.
- 10 Seprimo[m] limita quando vxor donat marito ea mente, vt donatio convertatur in donem filie: vide Cald. Pereira quest. forens. lib. 1. q. 18. num. 23. Rebell. d. lib. 6. q. 1. 3. n. 6. Card. Mant. d. lib. 2. 1. tit. 4. n. 32. per l. si uxori marito ff. hoc tit. & me citato in hoc loco, D. Mar. Cutel. de donat. inter patrem & filium, tract. prima dis. 3. p. 2. n. 22. pag. 458.
- 11 Octauo[m] limita fauore Religionis valere donationem inter virum & vxorem, quando scilicet fiat ad Dei oblationem, vel ut locus sit facer, aut religiosus, l. si p[ro]p[ri]us s[ecundu]s concessio, & s[ecundu]s p[ro]inde, cum seqq. hoc tit. Card. Mant. d. lib. 2. 1. tit. 4. a. n. 29.
- 12 Nonò[m] limita quando maritus constante Matrimonio nonum dote[m] promissam, vel partem eius vxori remittit; non valebit tamen alterius debiti remissio, per gloss. in l. si constante, C. de donat. ante nuptias, refoluntur Azor. d. cap. 10. q. 4. vers. septimo, Rebell. d. q. 8. n. 45. vers. quintus, Sanch. d. lib. 6. disp. 3. n. 10.
- 13 Decimo[m] limita quando donatio mortis causa facta est, vel quando confertur in tempus Matrimonij finiti, per text. in l. sed interim, & l. si ferius uxori, & l. quia in hoc ff. hoc tit. Franc. Molin. d. q. 1. m. 4. Azor. d. c. 2. 0. q. 4. vers. nono, Card. Mantic. d. lib. 2. 1. tit. 4. a. num. 21. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 10.
- 14 Undecimo[m] limita quando causa mammifissionis facta est donatio, l. quod autem, s. mammifissionis causa, cum duabus seqq. ff. hoc tit. l. maritus, C. cod. Card. Mantic. d. lib. 2. 1. tit. 4. a. n. 24.
- 15 Duodecimo[m] limita quando maritus habens emphyteusim vxorem in ea nominat, quia hæc nominatio plenam firmitatem habet, vt per Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 4. n. 18. & faciunt quæ ipse tradit de p[ro]testate elig. c. 17. n. 50.
- 16 Decimotertiò[m] limita quando donatio facta est exiliu causa, l. inter virum, hoc tit. vel quando facta est causa deportationis, l. sed si mors, s. i. hoc tit. Card. Mantic. d. lib. 2. 1. tit. 4. cum seqq. Sanch. d. lib. 6. disp. 3. n. 13.
- 17 Decimoquarto[m] limita quando donata sunt exigui preijs, l. sed si vir, s. si vir, & lex annua, sumpto argu[m]ento a contrario sensu, ff. hoc tit. Card. Mant. d. lib. 2. 1. tit. 4. a. n. 44.
- 18 Decimoquinto[m] limita quando coniux, qui donat non fit donatione pauperior, quamvis alter ditor fiat, gloss. in presenti, Azor. d. lib. 1. cap. 10. q. 4. vers. quarto, Card. Mant. d. lib. 2. 1. tit. 4. a. n. 57. Rebell. d. lib. 6. q. 14. a. num. 4. Molin. d. disp. 289. n. 17. in fin. & n. 18. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 3. n. 7. Francisc. Molin. d. lib. 3. q. 49. num. 29.
- 19 Decimosexto[m] limita quando ex donatione coniux
- donatarius non fit ditor, licet donans reddatur pauperior, vt per Baëz. de meliorand. filiab. c. 19. n. 6. Franc. Molin. de ritu mpt. lib. 3. q. 49. ex n. 29. Azor. d. c. 10. q. 4. vers. quintu[m], Card. Mantic. & Molin. vbi proxime, Sanch. d. disp. 3. n. 2. cum seqq. Rebell. d. q. 1. n. 6. me citato in hoc loco, Mar. Cutel. d. loco, n. 23. pag. 458.
- Decimoquintu[m] limita si vir vibras donis non solle[t]e, de quarum solutione conuentum erat, remissa. l. vir. o[ste]ras 5. 5. ff. hoc tit. Duen. reg. 2. 21. limit. 7. Sanch. d. disp. 3. n. 11.
- Nisi donatoris obitu confirmetur.*] Notatum ad hoc, quod donatio irrita inter coniuges confirmatur non donatoris, consonant text. in l. Papinianus, & al. cum hic statut. ff. hoc rit. l. 1. & 2. & donatoris, quae parentes, C. eod. l. 4. tit. 11. p. 4. resolumunt Card. Mantic. lib. 2. 1. tit. 7. Azor. d. cap. 10. q. 7. Molin. d. disp. 289. n. 2. Sanch. d. lib. 6. disp. 14. n. 1. Rebell. d. lib. 6. q. 1. 3. num. 2. Francisc. Molin. d. q. 1. n. 27. vbi n. 8. intelligi proudere ne dum in morte naturali, sed etiam accidenti, imo & ciuili, veluti cum quis est deportans, vel in metallum damnatus, aut religionem professus, vt donec Molin. d. disp. 289. n. 6. Surd. conf. 17. a. 7. & d[icitu]r 2. 66. n. 10. & 11. Card. Mantic. d. lib. 2. 1. tit. 7. n. 30. seqq. Azor. d. c. 10. q. 8. Rebell. d. q. 23. num. 15. Franc. Molin. d. q. 1. n. 29. Carol. Tapia in rep[re]sentacio[n]e de Sacro Anct. Eccles. verbo ideque, nec de his, D. Ma. Cutel. de donat. inter patrem & fil. tract. prime dis. P. 3. n. 2. pag. 103. Et vt donatio inter coniuges non donantis confirmetur, opus est vt ante mortem ei praecedat traditio rei donatae vera, vel ficta, d. Papinianus, vbi gloss. verbo mariti, vt per Gregor. d. 4. verbo in su[o] vida, Matiens. l. 7. gloss. 2. n. 5. n. 1. lib. 1. num. 1. recop. Molin. d. disp. 289. n. 4. Valac. conf. 3. 16. Gotic. pract. lib. 2. q. 1. 2. n. 12. o. D. Barbof. in l. que d[icitu]r 5. soluo matrim. Card. Mant. d. lib. 2. 2. tit. 7. n. 11. conf. 1. Rebell. d. q. 1. 3. n. 16. Sanch. d. lib. 14. num. 6. cum seq. Francisc. Molin. d. q. 1. n. 36. & 37.
- Si renocetur ab eo tacite, & vel expresso.*] Notatum ad hoc, quod vt donatio inuidita inter coniuges non confirmetur, defideratur donante in eadem voluntate persistere vsque ad mortem, quare si expresse, ut tacite renocet, minime confirmabitur morte, vesp. Sanch. d. lib. 6. disp. 1. 5. per totam, Molin. d. disp. 289. n. 11. vers. secundus evanescit. Et tacite confiter donato, si diuortium inter coniuges sequatur, nisi mutuo consensu, & beneficio fuerit factum, l. inter. terim, & si maritus, & l. cum hic statut. & si diuertitur, ff. hoc tit. Molin. d. disp. 289. n. 12. Vel si facta suis capitulo propter adulterium, nisi reconciliatio sequeatur Card. Mantic. a. lib. 2. 1. tit. 7. n. 29. Item tacite credent huiusmodi donatio renocata si donans vendit, permittet, leget, aut donet eandem rem alteri, imo si pigi illam alteri tradat, aut speciali hypot[he]si substantiis de voluntate donantis confiter intendere, vt datione perfuerit, l. cum hic statut. & si maritus, & si qualiteram res, ff. hoc tit. Molin. de insp. disp. 289. n. 12. plures, quos refert, & sequitur Sanch. d. lib. 2. 1. tit. 7. n. 10. item tacite renocata si facta sit à vico donasset fine liberis, eis nascentibus, Rebell. d. q. 1. 3. 2. 4. Molin. d. disp. 289. n. 13.
- Prius debitum naturale perfusat.*] Notatum ad hoc, quod si donatarius ante donantem moritur, nulla effecta inter viros donatio, d. l. cum hic statut. & q. 2. 0. 1. etiam, & l. à marito, C. hoc tit. Rebell. d. q. 1. 3. n. 3. 2. 0. 1. 2. 0. 1. 0. Portoles in tract. de confit. & fiducia, leg. c. 5. 2. n. 1. 0. Sanch. d. lib. 6. disp. 14. n. 10. cum seqq.

De Secundis Nuptiis, Tit. XXI. 617



De Secundis Nuptiis.

TIT. XXI.

VER hanc rubr. scripserunt Zabarel, Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Cujac. Durand. in breuiario iuris Canon. & in specie iuris, sub hoc tit. lib. 4. Steph. Ranchin. in continuat. it. Decret. Ioan. de Londis in breuiario sanctorum Canon. Petr. de Ravenna in compend. iuris Canon. Mart. Mefnart. in epistole Decret. Dan. Venat. in analysi methodi iuris Pontificis pag. 588. Goffred. & Hoft. in summa. huius tit. Alex. Caſtan. & Anaſtal. Germon. in paratitlis ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposito iuris Canon. Canis. in summa iuris Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 4. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Nuptiae secunde non sunt benedicenda, & n. 2.
- 2 Sacerdos secundis iuriis benedictionem impertiens in casu non permisso suspensionem incurrit.
- 3 Amplia etiam benedicat secundum Matrimonium dissoluto primo.
- 4 Sufficiens, quam incurrit sacerdos secundis nuptiis benedictionem impertiens in casu non permisso non incurrit ipso iure.
- 5 Sacerdos secundis iuriis contrahentium alterius Parochie benedictionem impertiens ab eaque Parochi, vel Ordinary licentia quam poenam incurrat, ostenditur.
- 6 Pœna arbitriaria ultra suspensionem imponi potest sacerdotibus secundis nuptiis benedictionem impertinentibus in casu non permisso.

CAP. Capellani. I. Alex. III.

P̄sbyterum qui benedit secundas nuptias Episcopos debet suspendere ab officio, & beneficio & mittere eum Romanum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoft. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Canis. Cujac. Alex. de Neuo. Cened. collect. 49. Viuian. in ratione lib. 4. iuris Pontificis pag. 129. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 604. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. refutatur ab Anton. Aug. collect. 2. Decret. lib. 4. tit. 16. cap. vnic.

- 2 Hanc candem conclusum ex hoc text. desumunt Clar. lib. 5. §. fin. q. 75. n. 2. Zerol. in praxi Episc. p. 2. verbo nuptie. Menoch. de arbitrio curia 417. n. 8. subdit decisionem huius text. non corrigit per Conc. Trid. Jeff. 2. 4. de reform. mar. c. 1. quo simpliciter constitutum est nuptias esse benedicendas, quia de primis nuptiis ex Conc. intelligendū, & nonde secundis. Perez l. 1. col. 1. vers. est & alia pœna, tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 52. Petr. Moza de contract. tit. de marr. §. de naturalib. marr. n. 10. Bonac. comm. ratione. verbo Sacerdos benedicens, Henrīq. in summ. lib. 11. c. 11. n. 2. Gutier. de Matri. c. 106. n. 14. cum seqq.
- 3 Ab officio, beneficio que suspensionem. Notatur ad hoc, quod Sacerdos secundis nuptiis benedictionem impertiens in casu non permisso suspensionem incurrit, ut per Couar. de spons. p. 2. c. 8. §. 11. n. 2. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 8. 2. n. 27. Gutier. d. c. 106. a. n. 16. à qua suspensione excusat qualibet ignorantia etiam crassa, dammodo non sit ita crassa, vt sit ingens temeritas, Sanch. lib. 3. disp. 48. n. 7. Gutier. d. tract. c. 75. n. 16.

Quamvis autem aliqui teneant prædictam suspensionis pœnam locum habere tantum, ubi constante Matrimonio priori presbyter secundas nuptias benedicit, ex quorum numero sunt Cou. d. §. 11. n. 2. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccl. decif. 369. n. 2. in 1. edit. & resol. 313. in 2. edit. verius tamen est Sacerdotem incurtere huiusmodi suspensionem si benedicat secundum Matrimonium etiam dissoluto primo, ut docent Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 11. de suspensi. c. 4. vers. sed primo, Salzed. in praxi c. 77. lit. D. Marc. Ant. Genuen. in praxi Archip. Neapol. c. 59. in vlt. edit. Sanch. lib. 7. disp. 8. 2. in fin. Vgol. de offic. & portf. Episc. c. 15. §. 12. n. 6.

Hæc pœna suspensionis ab officio, & beneficio non infligitur ipso iure in praefenti, quia hic tantum præcipitur, ut ipsum suspensionem remittat absolendum ad Pontificem, quasi dicat, illum suspende, & ubi suspensionis, a solo Pontifice potes absolutoria docent Cou. d. §. 11. n. 2. Bernard. d. c. 77. n. 2. Clar. §. fin. q. 7. vers. Sacerdos. Nau. in man. c. 25. n. 137. Perez l. 5. col. 5. vers. intelligens. tit. 1. lib. 5. Ordin. Henrīq. d. c. 16. §. 2. & lib. 13. c. 39. n. 3. Fr. Emman. in sum. som. t. c. 24. 1. in fine. Mar. Anton. Genuen. d. c. 59. in vlt. edit. Mar. Alter. d. c. 4. vers. secundo, Sanch. d. disp. 8. 2. n. 26. Gutier. d. c. 106. n. 16.

Hodie ex noua difinitione Concil. Trid. Jeff. 2. 4. de reform. mar. c. 1. contra Sacerdotes secundis nuptiis benedictionem impertinentes subdit alterius Parochie absque Parochi, vel Ordinarij licentia, est imposita pœna suspensionis ipso iure interim dum absolutum ab Ordinario eius Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat: & licet dicta Conciliaris dispositio suspensionem absolutam ipsum pronuntiet, hanc tamen suspensionis pœnam nedum ad officium, sed etiam ad beneficium extendi posse resoluti Franc. Molin. de ritu mpt. lib. 2. disp. 11. n. 149. &c. ab ea non solùm Episcopum, sed etiam eius Vicarium posse absoluere securè tuentur Sanch. lib. 3. disp. 52. n. 4. & Mar. Alter. d. c. 4. in fine.

Illiud tamen aduentendum duxi, ultra suspensionem, quia in hoc text. imponendam esse pœnam arbitriariam, ut docent Menoch. casu 417. n. 8. Perez d. l. 5. vers. intelligas. Salzed. d. c. 77. lit. F. vers. in hoc delinquens. Ceual. comm. contra comm. q. 604. n. 135. Aloys. Ricc. d. resol. 113. n. 1. Vgol. d. s. 12. n. 6. in fine.

Ad Sedem Apostolicam nullatenus definire, &c.] 8
Hæc missio ad Romanam Curiam sublata fuit per Extraug. Ioannis X XII. de qua meminerunt Cou. d. §. 11. n. 2. vers. est tamen, Salzed. d. c. 77. lit. C. Henrīq. d. c. 16. §. 2. lit. Q. Sanch. d. disp. 8. 2. n. 28. Mar. Alter. d. c. 4. vers. quinto.

S V M M A R I V M.

- 1 Doubtans de morte coniugis nisi prius certificetur contrahere non debet, & si contraxit, potest reddere, sed non exigere debitum, & si postmodum sciat primam viuere, dimittat secundam.
- 2 Captiuus apud hostes Matrimonium est validum.
- 3 Coniux qui dubit de morte prioris coniugis contraxit, debitum nullo modo petere potest, tenetur tamen reddere.
- 4 Index Ecclesiasticus non debet mulieri facultatem concedere, ut secundo viro nubat, donec certum munitione accepit de morte prioris quantuncunque que annorum spatio quindecim absuerit.

CAP. Dominus. II. Luc. III.

A secundas nuptias nullus transire præsumat, nisi prius constet de morte vxoris, & si aliquis

Fff 3 adhuc